

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 8. Moderni Pontifices, Sanctique hujus & præcedentis sæculi, magis  
conquesti sunt de pernicie animarum, per dilatatam, quàm per  
coangustatam cæli viam inducta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

stica Historia ad annum Christi.... Fredericus  
Cardinalis Borromaeus, S. Caroli Borromaei Pa-  
truelis & imitor, & in ejusdem Archicapitopatu  
Mediolanensi post aliquot annos successor, volum.  
3. all' adunanza de Confessori ragionamento 1.  
2. 3. 4. & 5. pariter deplorat, pauciores esse Con-  
fessores, qui datas à S. Cafolo Confessariis In-  
structiones, pro neganda, vel differenda ab solutio-  
ne, sequi velint. Cùmque ragionamento quarto  
renuntiari exemplum Confessari Regularis, qui in  
celebri Italæ arte feminam divitem & nobilem,  
fornicandi consuetudine irrectitam, absolvere no-  
lueret, nisi prius emendationis argumenta dedi-  
ceret, eidemque feminæ (cum ira repontenti) : Si meū  
et preciosus exarabilem præbueris, Basilicam Mo-  
nasteri tui ex lapidea argenteam aureamque feci-  
fem) fortieri responderat: Maledicta feminæ, pe-  
cunia tua tecum sit in perditionem; quoniam do-  
num Dei eximissæ pecunia poffideri. Cùm stud  
(inquit) exemplum Cardinalis Fredericus reca-  
llaret, subiungit: O quam beata forent Monafe-  
ria, si plures iijijmodi Religiosi enatrierent! O  
quam beati forent populi, si a tam generofis Pafo-  
ribus regarentur! Malte quidem etiamnam bodie  
Confessarii post aurum non aduent, Verum plurimi  
sequuntur aurum popularum, & fame celebratio-  
nem; fugue tanto illeſtiores arbitrantur, quanto  
ipso, in Pœnitentia Tribunalibus poftos, major  
agratum animorum turba circumcingit. Quasi ve-  
ro laus foret Medici, circum se innumerabilem ha-  
bere agrorum exercitum, quorunq; non unum qui-  
dem poſet sanare. Ecclesia est infar agri. Iufi sunt  
fructus. Peccatores ejus spinae. Lans agricola spi-  
ritualis est in multitudine fructuum; ejus vero de-  
cens in multitudine spinarum. Hinc ibidem, &  
ragionamento 2. addit, plures eorum, qui cor-  
pus suum jejunii & flagelis ciftigant, aliaque  
multa opera bona præstant, cum tantis illis ope-  
ribus perire: quia confitentibus manus nimis in-  
considerate impouant, imponendo peccatis  
aliens communiant, & pluribus caufa fuit per-  
ditionis externa, quorum animas de manu iplo-  
rum requiret Dominus. Qui si elevaverit fœle fu-  
tra naturalem inclinationem placendi hominibus,  
vita omnia refescant. Tolle enim (ait Chylo-  
tous, seu Joannes Hicrofylomorphus Epilcopus  
XLIV. homil. 43 oper. impetr. in Matth.) tolle  
hoc vitium à Clero, ne velint boniibus placere,  
& omnia vita refescantur.

## CAPUT VIII.

*Moderni Pontifices, Sancti que hujus & prae-  
dicti facili, magis conquisiſtiſtint de perni-  
cie animarum, per dilatatam, quam per  
coangustatam cali viam inducta.*

Quoad Romanos Pontifices, affercionis no-  
stra veritas perticua est ex Decretis Ale-  
xander VII. & Innocentii XI. quibus centum &  
decem Prepositiones, à plerique traditas, ob ni-  
miam laxitatem, nuper proferpererunt; nullà con-  
demnatæ ob excessum rigoris, tamet plures hoc  
titulo, seu colore, ad condamnationem. Inno-  
centii XI. oblatæ fuerint. Nonnullas quidem, ob  
nimium rigorem. Alexander VIII. proferpit;  
Iei longè pauciores, & longè à paucioribus tradi-  
tas; immo aliquas à nullis. Nec eas ab aliquo tra-  
ditas dixit Alexander VIII. prout dixerant Ale-  
xander VII. & Innocentius XI. publicèque demon-  
stratum est, earum delatores falsissime & calum-  
niotissime de iis innocontumlos accepit.

Quoad Sanctos hujus ac precedentis seculi,  
49 eadem veritas pariter conspiciens est ex S. Thoma  
Villanova, S. Carolo Borromeo, & Salio-

n. 47. laudatis, qui licet non probaverint nimiam  
severitatem, principia tamen Ecclesie damnæ,  
animarumque perniciem non adscripserunt nimis  
Confessorum & Pastorum severitatí, sed nimis  
indulgenſia, seu molitiae, prout ibidem vidimus.  
Nec certè S. Carolus Borromeus in actis Eccle-  
sie Mediolanensis, suaque Pastorum & Confe-  
fforium Instructione, pastoralē ſollicitudinem  
ſuam tam ostendit in corrigitibus excesibus rigor-  
is, quam in corrigitibus defectu vigoris, uti ma-  
nifestum faciunt tot querelas sanctissimi Cardinalis  
adversus Confessorum molitiae & remissus agentes.  
Quos ut ad sacerdotalem vigorem, deposita omni  
humana consideratione revocaret, ſic eos adhortatur  
in concione habita in II. Iuo Concilio Mediolanensi:  
Opertes nos depofitis cupiditatibus noſtrarum pertur-  
bationibus, oculisque in celum coniectis, non ſati-  
tates noſtræ, non comoda, non hominum hono-  
res ſpectemus; non rebus noſris, non popularibus  
ſtudiis, non laudi, non gloria noſtra, ſed Christo  
ſerviamus, cui omnem gloriam, omnem laudem,  
omnem honorem debemus. Neque enim eis cari am-  
nobifit, aut hominibus placeamus. Siquidem quis  
indo fructus, ſi ſipſos amantes, animis noſtre ja-  
ctaram faciunt? Equi utilitas nobis exiftet, ſi  
iram Dei in nos concitante, hominum benevolen-  
tiam populari quādām indulgentia concilium  
eſt. Audiamus Paulum clamantem: "Si hominibus  
placearem, Christi fervus non eſsem." Diffidat  
autem Deus oſa eorum, qui hominibus placent, in-  
quit Propheta.

Nec vero (profequitur ibidem) eis cari à mane-  
tris noſtri ratione detercentur, vel quia hiſtis paſto-  
ribus noſtri ſtudiis actionibusque animos eorum exul-  
cerari videamus, qui fūiſtūt perditionis; vel quia  
populare illæ.... voces andantur; non ferunt hoc  
tempora veterum canonum ſeveritatem. Sic jadīa  
viximus, ſi vixerunt, ita egerunt, qui atque ante-  
ceſſerunt. Vita inſtituum non eis quod immutemus.  
At nos hec, atque adeo alia ejusmodi contemnamus.  
Proponamusque nobis ob oculos libertatem illam spi-  
ritus, & virtutem, quæ armati Patres noſtri Apoſto-  
li, quæ muenti Martyres, quæ instruclū ordinis fan-  
dissimi boniſ. Athanasius, Chrysostomus, Ambro-  
ſius.... quæ affecti alii religioſi viri, Apoſtolico quod-  
am animorum ardore flagrante, nullis non minis,  
non hominum clamoribus, non favoribus, quaſi tri-  
bunitis fructi, nec debilitati, pro Dei gloria, pro  
gregis committi ſaute, forti conuantique animo ad-  
iuverunt illam quæ confitiam virtutem, acerri-  
mam peccatorum vindicem.

Eorum ſorū exemplo adduci nos queque, Apo-  
ſtolicā illā conuictiā, & Evangelicā virtute (quæ  
quæ nibil eſt in Evangelio). Pastoribus illuftris,  
nibil magis neceſſarium) ſim metu & conuicta  
certè agamus.... quid Evangelium docet, quid  
Christus iubet, quid ratio præcipit, quid gregis fa-  
tus, quid Ecclesiæ auditoribus digitaſtque poſſulat.  
Nam ji contrā à nobis ſiat, in formidoloso illo Dei  
judicio, cùm animarum, que in fidem & cura-  
tione nobis tradita ſunt, rationem reddamus, tunc  
aliorum nos accusantium voelationes, & irati  
Judicii nos item acerbè objurgant, ead voces au-  
diemus: Si ſpeculatores eratis, cur ceciſt? Si Pa-  
ſores, cur greges vobis conuictum errare permiſſisti? Si ſat terra, quoniammoſ evanifiſisti? Si lux  
eratis, cur ſedentibus in tenebris & in umbra  
mortis non illuxiſt? Cetera que addit relege to.  
1. Prolegom. 1. c. 3.

An non hinc ſatis intelligere potest cordatus 52  
Lector, Caſuſticas opiniones c. 5. recenſias, in  
adificationem non eſſe, ſed poſt in deſtructionem  
Christianæ poenitentie, qualcm Prophete,  
Christus, Apoſtoli, SS. Patres magnis ſaitem  
peccatoribus neceſſariam predican? Rem vero  
operiſſimam eſſe, ad Sacramentum Pœnitentiae.

*et accedere*, ait cum sanctis patribus S. Carolus Borromaeus. Quomodo operosissima, si necessaria ad id preparatio, vera utique contrito, plena que cordis conversio, etiam post ingentia criminis, eorumque confutudinem, frequentemque repetitionem, tam facilè comparetur, ut casuist illi opinantur? Veram poenitentiam, saltem post ejusmodi crimina, esse taram, Ambrosius, Pacianus, aliquis patres attestantur. Quomodo rara, si tam facilis, ut sine praemissis laboriosis penitentia operibus ordinari comparetur, nec ejusmodi peccatoribus poenitentia magna injungenda sit, ne quidem post absolutionem peragenda? Si ita est, vera est iusmodi peccatorum persuasio, minimo negotio veram poenitentiam agi posse. Atqui perfaatio illa vera Christianaque poenitentiae magis exitiosa est, quam pessis corporali vita.

53 Porro vera poenitentia remedium est malorum omnium, humanaque infirmitatis praesidium unicum, unica post lapsum, ad salutem via. Vide ergo quorū malorum autores critis, si laxiora opinamenta illa sectando, in causa sitis, quod à lapsis vera non agitur poenitentia; qua si non vera eiter agitur, specieque ipsius contentus peccator, veram se egisse potest poenitentiam, cùm longè ab ea sit, hūnt novissimā hominis illius pejora prioribus. Quia spiritus nequam, ad eum rediens, à quo reverā nou exierat, fed exire simulaverat tantum, adducit secum lepitem alios spiritus nequiores sc.

## CAPUT IX.

*Sancti Patres in hisce disceptationibus affirmandi Judices.*

54 Isti sunt enim, quos Spiritus sanctus dedit nobis... Pajores, & Doctores... in opus ministerii, in edificationem corporis Christi... ut iam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamus omni vento doctrinam ad circumventionem errorum. Ephes. 4.

55 Ipsi sunt, ad quos Spiritus sanctus nos remittit Deuter. 32. Interrogat Pates tuos, & annuntiantibz. Eccli. 8. Non te prætereat narratio seniorum. Ipsi enim didicereunt a Patribus suis. Quoniam ab ipsis doceat intellectum.

56 Ipsi iunt, de quibus Leo Magnus epist. 6. Frequenter quidem, in diversarum questionum ambiguo, fratrum corda istubantia, Spiritu Dei instruente, solidavimus, responsum formas vel ex scripturam Scripturarum disciplina, vel ex Patrum regulis colligentes. De quibus etiam Gregorius VII. 1. 3. epist. 10. Videntes ordinem Christianae Religionis multis iam labefactatum temporibus, & principales as propriae lucrandarum animalium causas diu prolapsas, & suadente diabolo concubatas, concusso periculo & maniglā perdite gregis. Domini, ad sanctorum Patrum Decreta, doctrinamque recurrimus, nihil novi, nihil auctiōne nostra statuimus, sed primam & unicam Ecclesiastice disciplina regulam, & tristam Sanctorum viam, reliquo errore, repetendam & secundam esse censimus. Neque enim aliud nostrae salutis, & eternae vite intritum Christi orbis... ab ipsis monstratum... ab Apostolis praedicatum, & a SS. Patribus observatum, in Evangelica, & in omni Scripturarum divinarum pagina dicimus.

57 Ipsi sunt, de quibus Concilium VIII. Constantinop. act. 10. c. 1. Ut rediam regiamque divina justitia viam sine erroris offensa teneamus, Sanctorum Patrum correda, velut inextincta quedam, semper ardentes facies, sequenda sunt.

58 Ipsi iunt, à quibus, tamquam ab Apostolis viris, conversationis in Ecclesia perceptum ordinem (inquit Damianus epist. 18.) sicut ab Apostolis fidem. Et ideo proponendam non mutamus disciplina

modum ab ipsis traditum, sicut illibatum tenemus fidei fundamentum.

Illi sunt; quos adimplevit Dominus spiritu suu poenitentia & insellectus, Eccl. 15. ut minus sapientes per ipsis, tamquam caeli ad hoc lumen perfusos, infatuarentur.

Illi denique sunt, quos Pastores, Magistros & 60 Patres Ecclesia agnoscent. Quos ipsam Concilia consuluerunt, vicii Judices & Oracula, ex quibus definitionum suarum regulam redempserunt, quoque coluerunt, velut fidelissimos testes Ecclesiasticae Traditionis, & velut resplendentes sidera, in quibus Sol iustitiae puriores radios suos expedit, ut Nazianzenus ait orat. 1.

Nihil proinde iustius, nihil rationabilis, quam 61 ut nos quoque ad ipsis recurramus, aique ex ipsorum oraculis discamus, quid hisce in disceptationibus tenere debeamus. Agitur enim de re inter graviores gravissima, à qua innumerabilis poenitentiam, & Confessariorum salus externa dependet. Cujus profecto deciso securè non pertinet ex iis Authoribus, qui sua morum dogmati potius de promunt ex humanis falacris ingenii sui rationibus & adinventionibus, quam ex traditione, qua per sanctos Patres, velut canales fidelissimos, ad nos derivatur.

## CAPUT X.

*Post sanctos Patres, traditionem, Ecclesiisque hisce de rebus seruum, discere nos oportet potissimum ab Episcopis, aliosque Prelatis, qui primas in Ecclesia partes obseruent.*

V Eritas assertio ex Scripturis, Patribus & 62 Concilis certissima est: utpote ex quibus constat Episcopos regere Ecclesiam Dei, Act. 20. suarumque Ecclesiarum iure divino esse Doctores, 1. Timoth. 3. quibus à Deo commissum est, a attendant sibi & doctrinam, ibidem c. 4. aliosque exhortari in doctrina iusta, & eos qui contradicunt arguere, ad Tit. 1.

Ipsos etiam Spiritus sanctus Apoc. 1. 2. & 3. vocat Angelos Ecclesiarum. Et iudei à SS. Patribus appellantur Ecclesie luminaria. Hieronymus adversus Lucifer. Nicolaus I. epist. 21. ad Episcopos Synodi Sylvancet. Apofolorum Successores. Concil. Trid. 23. c. 4. Et apud nos locum Apofolorum tenentes. Hieronymus epist. 85. ad Evaristum. Et 54. ad Macellam. Quibus tota scientia, potestas & auctoritas Sacerdotiis à Deo optimo, Autore & principio omnis mysterii & perfectionis data est. Dionysius de Ecclesi. Hierarch. c. 5. Quique, ut lib. 5. Capitular. c. 102. ex Prospero dicitur, sunt divine voluntatis Indices, Ecclesiarum Glorifici post Apofolos fundatores, fideli populi duces, veritatis assertores, pravae doctrinae hostes, ... columna firmissima, quibus in Christo fundatis innititur omnis multitudine credentium.... dispensatores regie domus, quorum arbitrio in aula Regis eterni dividuntur gradus & officia singulorum, &c.

Ipsos denique tamquam legitimos controveneriarum neci & morum Judices, Concilia & Patres semper agnoverunt. Telle namque Hieronymo Apolog. in Rufin. l. 2. Origenis errores per Egypti & Palestina Episcopos primum, deinde per S. Epiphanius & Theophylum, Episcopum Alexandrinum, proscripti fuere. Telle quoque Eusebii l. 2. Histor. Eccles. c. 22. 23. & 24. Paulus Samotrensis a vicinis Episcopis condemnatus fuit. Sicut & Arius ab Alexandre Episcopo Alessandrino, telle Theodoreto l. 1. Histor. c. 2. Necnon Euthycches à proprio Episcopo Flaviano. Cujus sententiam approbat Concil. Calcedonicense. In quo Legati S. Leonis Papa ac.